



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Waldseehensis præposituræ ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

D. Leonhardo Videmanno optimè merito, pio, casto, docto ac integerrimo Abbati: suo velut Alteri parenti, suorumque antecessori P. Pietatis gratitudinis ac honoris ergo Gaspar Kindelmannus Helvetius.

43. *Gaspar Kindelmannus* ex *Raperswyl* Helvetiorum oppido ad lacum *Tigurinum* natus, ætate juvenis, prudentia senex, pietate magnus, corpore parvus, omnibus egregium Abbatem decen-
 tibus virtutibus eximie conspicuus, & omnium favore ac amore dignissimus: eligitur anno Christi 1547. in die conversionis Pauli, cum ageret annum ætatis suæ tricessimum secundum: Præstiter hoc adhuc currente anno 1551. construens ex imis fundamentis novum idemque magnificentum ac sumtuosum templum.

Raperswyl.

*Hinc det felices cælorum conditor annos,
 Et fortunet eum, contegat atq. beet.*

WALDSEEHENSIS præposituræ (quod est Canonico-
 rum regularium S. Augustini Cœnobium in Svevis, & Dapiferorum Walburgensium ditio-
 ne, intra mœnia oppidi *Walzensis*, ad amptum, lacum, unde nomen & oppido & Cœnobio contigit, situm) ejus inquam fundator fuit, anno virginæ partus 1181. Illustrissimus Svevorum princeps *Fri-
 dericus II.* qui (ut ibi scriptum legitur) inter mortales candidissime vivens, hujus sacræ ædis ac Canonice congregationis omnium prima fundamenta jecit, moxque ætatis suæ 31. anno, sub *Innocentio tertio*, Apostolici gregis pastore in Romanorum Regem confirmatus, deinde ab *Honorio Papa* in Imperatorem coronatus est: & cum per triginta tres annos imperatoria sceptrâ tenuisset, feliciter in Christo obdormivit. De hac fundatione tale extat meum Schediasma Heroicum:

Wal-

*Fri-
 dericus
 II. Impe-
 rator.*

*Waldensem hanc adæm pietatis amore, secundus
 Construxit Fridericus, avorum à stirpe Svevum:
 Imperii princeps, Rex, & Mavortius heros,
 Ille nepos magni, & Mavortis Casaris ejus.
 Qui ruffa barba toti orbi est nomine notus.*

M m m m

Sed

*Sed nomen lacus ipse loco dedit, ipsa sylvæ,
 Proxima, si veteres non dicunt vana libelli.
 Hanc decimus quintus nunc prapostitumq; parensq;
 Pulchre illustratam patria bonitate gubernat,
 Hieronymus Schlaich: vir venerabilis atq; fidelis,
 Istius eximia pater illustrator, & ingens
 Augmentator, & Oeconomus laudabilis, ædis:
 Is, quo Saxoniam debellat Carolus anno
 Præfuerat domui huic viginti quatuor annis.
 Utq; diutius huic præsit feliciter, ipsos
 Oremus superos, & Christi numen Jesu.*

Est in hoc Cœnobio celebris sepultura illustrium Sacri Romani Imperii Dapiferorum, Baronum de Waldburg: quorum hæc sunt nomina:

Dominus Georgius Dapifer, longus Dominus cognominatus. Obiit apud Waldsee anno 1482.

Dominus Christophorus Dapifer, Baro Walburgis, Domini Joannis junioris filius, qui obiit Fryburgi in Brisgovia, sepelitur anno 2494. in Waldsee.

Dominus Joannes Dapifer. Obiit anno 1511.

Dominus Georgius sacri Romani Imperii Dapifer, Baro de Waldburg, præfectus provinciæ Svecicæ, Vice-tenens Regiæ Majestatis, in ducatu Wirtembergensi, Joannis filius. Obiit Stægardia anno ætatis suæ quadragesimo tertio, unde in suam ditio- nem re-vertus, in Waldsee-hensi Cœnobio, anno Christi 1531. cum tali Epitaphio sepelitur:

Magnanimus ductor clarusq; Georgius armis

Ex Walburg Dapifer clauditur hoc tumulo.

Virtutis generosa proles, venerabile morum

Exemplar, patria nobilitatis honos.

Justitia cultor præstans, & moribus aquis,

Utq; toga celebris, sic pietate fuit.

Non illi ingenium, non robur corporis ingens

Defuit, aut summo principe dignus honor.

Illustres

*Illustres titulos, meritosq; ex hoc triumphos
 Sape tulit victor vita trophæa manu.
 Quas meruit laudes, quum rustica turba per agros
 Verteret in dominos impia tela suos,
 Vel dum sceptrum tenens commissam à Cesare gentem
 Wirtembergiacam non sine pace regit.
 Gratus apud quos sic itidem vitam ipse reliquit,
 Huic placidus populo quo tegiturq; solo.
 Vixit lustra novem, septem nec plus minus annos:
 Ossa tenet lapis, est ipsam animam superi.
 In ejusdem laudem tale etiam ibi legitur Elegidion,
 Bibliothecæ parieti inscriptum:
 Nunc vos ô fratres Baronem plangite vestrum,
 Qui cecidit morbo nuper adeptus acri.
 Imò si qua manet pietas, Germania late
 Hunc debet lachrymis condecorare piis.
 Nam licet antiquis fuerit natalibus ortus,
 Dives opum, forma praeclatus eximia:
 Non tamen ut multi faciunt, corrumpere vitam
 Ocepit luxu desidiaq; suam:
 Sed mox à puero studiis addictus honestis,
 Emicuit gentis gloria magna sua:
 Verus justitia cultor, pietatis amator,
 Eloquio pollens, Consilioq; gravi.
 Semper consuluit paci pro viribus alma.
 Et rexit placida subditione suos.
 Quin etiam nostro claris effloruit armis,
 Tempore conspicuos inter honore viros.
 Nam cum seditio sevirerit rustica passim,
 Adversus Dominos: hoc Duce pulsa fuit.
 Adde quod eiecit ultro citroq; Tyrannis
 Sape tulit patria commoda magna sua.
 Sed quæ cuncta suis corrumpit legibus, illum
 Sustulit insignem mors turculetæ virum.*

M m m m 2

Dominus

Savona.

Dominus *Jacobus* Baro de Waldburg, *Georgii* filius. Obiit Savonæ ad Cuczerum, cum in Bello Marsiliano ex maris mediterranei tempestate infirmatus, in provinciam redeuntem *Carolum V.* Imperatorem sequeretur: Sepelitur Savonæ Imperatoris jussu anno 1536. decima tertia Octobris. Et in Waldsee hono-
 rarium Monumentum, cum tali Epigraphe erectum est:

O genus humanum infelix, ô Jupiter alme!

Cur data vix nobis illic dona rapis.

Clarus erat juvenis, clara de stirpe Baronum,

Jacobus, titulis notus ubiq. suis.

Hic genitor fueras Svecorum summa Georgi

Gloria, quem miseris abstulit atra dies.

Cum puer is primos dociles pervenit ad annos,

Mittitur in Latium discere literulas.

Hinc ravidus raptor Rosco de Monte, perennis

Hostis in Imperio, vi Thoma surripuit.

Quatuor ut primum fecit quinquennia, terras

Deseruit patrias, Casaris arma sequens.

Adventu juvenis gratatur Casare, & illi

Tradebat propria bellica signa manus.

Gallia vastatur, sed iniquo Marte cadebant

Casaris heroum corpora multa tabe.

Heu quog. solverunt fatales fila sorores

M. rte viri gelida: Gallia membra tenet.

Habuit hoc Cœnobium semper gubernatores prapoficos, quorum hæc extant nomina:

1. *Bertholdus* Dominus de *Walfsee*.

2. *Rudolphus* nobilis de *Prato*.

3. *Joannes* de *Monte Zurch*.

4. *Jacobus* de *Waldsee*.

5. *Henricus* de *Tham* nobilis.

6. *Wolffhardus* de *Wolffurt* obiit anno 1382.

7. *Conradus* *Wiser* *Wangensis* prapofuit 26. annis. Obiit an-

no 1408.

8. *Jaco*

8. *Jacobus Spet* nobilis.
9. *Jacobus Metscher*. Obiit anno 1418.
10. *Conradus Rugelin* Obiit anno 1428. interfuit Concilio Constantiensi & Basiliensi, ex quibus rediens fundavit Rutenſe vicinum Beginarum ſeu Franciſcani Inſtituti ſororcularum Cœnobiolum.
11. *Petrus Mahaber* de Hopffenwyler deceſſit anno 1450. cūm præſuiſſet annis 22.
12. *Henricus Fuchs* ex Epilcopi Constantienſis oppido Martorſſo natus, frater Petri & Joannis Abbatum in Schuſſenriedt, & Augia miratore. Valedixit vitæ, anno Domini 1492. cūm ſediſſet ad clavum annis quadraginta duobus.
13. *Lucas Harber* nobilis de Ringenberg præſuit annis 11. Obiit annis 1503.
14. *Adam Molitor* de Wurzach deceſſit anno 1523.
15. *Hieronymus Schlaich*, vir literis & humanitate clarus, quique novis & elegantibus ſtructuris, hoc Cœnobium præclare illuſtravit: electus anno 1423. ſexta die Maij, præſuit adhuc in proximorum anno Jubileo.

WEttenhuſium Monafterium Marchionatus Burgoviienſis, in Svevia ad Camlachim annem, in medio itinere inter Ullmam & Auguſtam, ſitum, ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini: fundatum eſt anno Chriſti 982. à Conrado Equite aurato, & Wernhero fratribus Comitibus de Rockenſtein: & Domina Gertrude eorum matre, quæ dicitur eſſe vera fundatrix. Petiit enim tantum agri à filiis ad extruendum locum ſacrum, quantum ipſa unius diei ſpatio aratro poſſet circumſcribere, quod cūm à filiis facile impetraſſet, ipſa miræ parvitas & levitatis aratrum adornans, id ſpatium, quod hodie adhuc iſtis Cœnobia paret, obequitans, & aratrum in ſinu geſtans, circumſcripſiſſe, & obtinuiſſe legitur. Benefactores huius Monafterii loci celebrantur.